

[6.] Planè ex his e-
quædam sunt Perso-
nales, quæ nec ad ex-
emplum trahuntur:
quoniā non hoc Prin-
ceps vult. Nam quod
alicui ob meritum indulxit, vel si quam pœnam
irrogavit, vel si cui sine exemplo subveniat, per-
sonam non transreditur.. Aliæ autem cum
Generales sint, omnes procul dubio tenent..

§. 7. Prætorum quoque edicta, non modi-
cam obtinent juris auctoritatem. Hoc etiam jus
Honorarium solemus appellare: quòd qui ho-
nores gerunt, id est, magistratus, auctoritatem
huic juri dederunt. Proponebant & Ædiles Cu-
rules edictum de quibusdam causis a: quod &
ipsum juris honorarii: a) ad emptiones præser-
tim & venditiones perti-
nentibus. t. t. ff. de adit. e-
dict. Proponebant etiam Proconsules edicta in provin-
ciis: ut ex inscriptionibus multarum legum, quibus com-
mentariorum Caji, ad edictum provinciale, fit mentio, col-
ligi potest. Fuerunt porro omnia ista edicta (sicut & ipso-
rum magistratum imperia,) ab initio tantum annua:
pr. infr. de perp. & temp. act. postea jussa fuerunt esse per-
petua: denique ex compluribus ejusmodi Magistratum
edictis, ab Aulo Ofilio collectis l. 2. §. ab hoc plurimi. 44.
ff. de or. jur. Salvius Julianus Ictus, Vnum, idque perpe-
tuum (ad quod Icti, quorum pasim in Digestis, & legum
inscriptionibus, mentio fit, commentati sunt) auctoritate
tum Imperatoris, tum Senatus composuit: atque sic novis
magistratum edictis proponendis finem fecit. l. pen. C. de
cond. indeb.

§. 8. Responsa prudentum, sunt sententiæ &
opiniones eorum quibus permisum erat de ju-
re re-

c) Constitutionibus scili-
cet, in genere sumptis: non
vero ex iis quæ leges esse,
modo dictæ fuerunt: illæ
namque omnes generales,
nullæ personales sunt. l. ju-
ra. s. ff. de legib.

a) ad emptiones præser-
tim & venditiones perti-
nentibus. t. t. ff. de adit. e-